





~~17~~

EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

*VI-59.*

SIGNAT. CLVCCCCXIII.



Q. D. B. V.

EXAMEN

SULPHURIS  
VITRIOLI ANODYNI

ex  
Consensu Gratiolæ Facultatis Medicæ  
in Inclÿta Wittebergensi

PRÆSIDE  
CHRISTIANO VATERO  
Phil. & Med. Doct. 40

Publico eruditorum examini submittit  
JOHANNES EPHRAIM Böhmi  
Poson. Hung. Med. Stud.

Ad D. XXIX. April Anno MDCLXXXIII X  
In Auditorio Medicorum.

---

WITTEBERGÆ,  
Typis Viduæ Augustæ BRÜNINGIÆ

H. III. 3261 B.

Jun. 2000 M.





VIRIS  
MAGNIFICA AUTHORITYTE GENERIS NOBILITATE  
AMPLITUDE ET EXCELLENTIA  
ILLUSTRIBUS  
DOMINIS

DOMINIS CONSULIBUS  
EMINENTISSIMIS,

RELIQVISQVE  
INCLYTI SENATORII ORDINIS MEMBRIS SPECTA-  
TISSIMIS CELEBERRIMÆ, IMPERIALIS LIBERÆQVE  
REIPUBLICÆ RATABONENSIS MAXIME  
VENERANDIS

PATRIÆ PATRIBUS

MUSAGETIS OPTIMIS

DOMINIS  
MECOENATIBUS ET EVERGETIS.

GRATIOSISSIMIS.

Hoc

Qvale, qvale Periculum Medicum

in

Gratæ mentis Argumentum

Ulterioris Fautoris Invitamentum

Impensiorisqve Observantiæ monumentum

Cum

*Submissa Reverentia*


Sacrum Inscriptum ac nuncupatum cupit

devotus Cliens

Johannes Ephraim Böhm/

Autor & Respondens.





**N**on sine ratione sulphur à priscis Græciæ Sa-  
pientibus τὸ θεῖον, seu divinū quid appellabatur,  
sive ut Plutarchus vult, ob odoris similitudi-  
nem, quem corpora fulmine, tanquam sacro  
& divino igne, percussa, edere solent; sive quod divini ali-  
quid in  $\Delta$ e lateat, & quasi à Diis immediatè in humani ge-  
neris subsidium cœlitus missum & inspiratum sit Antido-  
tum, cujus potissimū ope virg omne pestiferum, sive pe-  
stem ipsam, venenorum malorumque contagioso-  
rum insolentissimum morbum, qui & olim à Diis imme-  
diatè immitti credebatur, curaret Hippocrates, ejusque  
posterī. Experimur enim profectò  $\Delta$ is communis virtu-  
tes adhuc non exiguas, quin admirabiles & divinas, tam in  
Pestis, quàm aliorum plurimorum morborum curatione:  
Sed longè tamen præstantiora & præsentiora judicantur  
hodiè Mineralium Sulphura, arte Chemicâ parabilia, quo-  
rum quidem efficaciam paucos observasse, & paucissimos  
aliis communicasse conqueritur *Clarissimus Sylvius Prax. Ap-  
pend. Tr. ii.* Et propterea ibidem omnibus Medicæ artis ad-  
dictis candidè commendat, ac sedulò consulit, ut ex quo-  
libet minerali parare addiscant istud, utpote Medi-  
camentum in peste & plurimis aliis morbis excellentissi-  
mum, cui quivis Medicus tutò fidere queat. Ex quorum  
censu non solum est  $\Delta$  gii, pro diversâ præparatione inter  
pauciora optimum & tutissimum Vomitorium, **insigne**  
**A 2** **Dia**

Jun 2000 U,



Diaphoreticum, Alterativum &c. de quo alio loco; sed  
quàm maximè sulphur Vitrioli, ut vocatur, Anodynū, cui  
tantas tamq; admirandas inesse virtutes semper judicârūt  
Veteres æquè ac Recentiores Spagyrici celebriores, ut eas  
potius tacendo admirari, quàm multis propalare, vel in-  
vidis & ignaris deridendas exponere voluerint: Inde credo,  
factum, quod multi quidē ex Paracelso sulphur istud, tan-  
quàm summum arcanum ad omnes ferè cerebri affectus,  
ceu optimum & tutissimum anodynum, valere ipsum-  
que Opium, Saluberrimum aliàs medicamentum, supera-  
re asserant, sed pauci demonstrent, paucissimi etiam pro-  
pterea credant. Placuit igitur pauca quædam in præ-  
senti circa sulphuris hujus existentiam, præparaciones  
varias, naturam & usum meditari. Faxit Deus feliciter!

## CAP. I.

# NATURAM VITRIOLI

## examinat.

### §. I.

**D**uplicem Vitriolo, sicut reliquis etiam Mineralibus & Me-  
tallis jam tum prisce Sapientes attribuerunt signaturam,  
seu formam, internam scilicet & externam: Hanc com-  
muniter viridem statuebant, quamvis noverint etiam in-  
terdum alterius coloris esse, de viridi tamen plus minus participan-  
tis; sub hac autem externa delitescere credebant internam, gra-  
tissimam scilicet rubedinem, summum istud, quod quæerunt Artifi-  
ces, arcanum continentem: Idq; indicare volebant usitato illo æni-  
gmate, quo ajunt: Visitabis Interiora Terræ, Rectificando Inve-  
nies Occultum Lapidem, Veram Medicinam. Quò non solum  
in Vitriolo, uti ex literis initialibus cujusque dictionis patet, esse  
& de-



& delitescere universalem & veram Medicinam, verum etiam, quæ ratione ea sit eruenda, significabant: videlicet non hærendum esse in externis illis, sed oportere altius quid sibi proponere, interiora  $\ominus$ li inquirere scrutariq; , præcipuè rubedinem, quam adeò huc usq; in arcanis sibi servant Artifices.

§. 2. Dicitur autem communiter  $\ominus$ lum, eò quod vitri colorem & splendorem referat, & reponitur inter  $\ominus$ ium genera, ita primùm docente Paracelso l. 2. d. morb. mineral. & l. 4. Phil. cap. 6. Sed si accuratius judicatur, non tam  $\ominus$ , quam corpus aliquod minerale & metallicum ex Spiritu acido phlegmate diluto, & minera æris cujusdam sive ferri, sive cupri, aut utriusque compositum apparet. Adeoq; potius nihil aliud, quam metallum quasi solutum ex Spiritu  $\ominus$ is acido, corpore  $\ominus$ li, aut  $\ominus$ eo metallico compositum; sulphureæ falsuginis acidæ æratæ aut ferratæ coagulum, quod denuò  $\Delta$ is ope in metallum redigi potest æstimatur.

§. 3. Patet res potissimum ex generatione ipsius & resolutione: Reperitur enim in terræ visceribus universale acidum embryonati  $\ominus$ is, à quo Mineralia quælibet ortum suum trahunt, pro diversitate saltem terræ, cui acidum illud jungitur, diversa. Ita junctum illud acidum cum terrâ resinosa & pingui, gignit  $\ominus$  commune; idem verò, si pervadit terram, cui minera æris vel ferri subest, portionem ejus aliquam abradit, & exedit, tantam nempe, quantum secundum proportionem acidi Spiritus dissolvere potest, ex quo liquor redditur viridis ut plurimum, aut subluteus, demumque condensatur & concrevit in  $\ominus$ li formam; Si verò Terram petrosam transit & calci formem, mechanicâ necessitate in  $\ominus$ enabit; unde etiam fit, quod singula conjunctim in unicâ minerâ reperiant sæpius, & ex unâ eademque Artifices excoquant: In Ois præparatione urina humana aliis in locis adjicitur pro  $\ominus$ li separatione, ex quâ propterea Spir. &  $\ominus$  volat. urinæ additis alcalibus facile prolicitur.

§. 4. Simili prorsus modo ex his ad naturæ exemplar arte componuntur  $\ominus$  &  $\ominus$ lum: quando enim idem acidum terræ petrosæ aut cretæ affunditur, Alumen; si terræ resinose, Sulphur, si gle-

A 3

bæ

Jun. 2000 M,



bæ ferri aut  $\text{Qris}$  additur, vitriolum emergit: Ita si stagma acidum  
 $\text{Zio}$  pulverisato affundis, & fortiori  $\Delta$ e urgebis, sulphur citrinum  
à vulgari non differens in magnâ copiâ acquires; vel si ipsum spi-  
ritum  $\text{O}$ l cum æquali vel duplâ portione oleum Therebintinæ ex  
retortâ destillabis, prolicies notabilem  $\text{A}$ is copiam circa collum:  
Tantum quod observare liceat, in communi  $\text{A}$ e subtilissimum &  
purissimū potissimū acidū concentrari, unde etiam ex hac ratio-  
ne ejus spiritus consultò præ aliis ad  $\text{O}$ l  $\text{S}$ , aliasq; præparaciones  
inservire constat.

§. 5. Sed præterea substantia  $\text{O}$ li metallica patet, quod  
quævis metallica vena  $\text{O}$ li pl $\text{o}$  ming exhibeat; quin & ex omni me-  
tallo elici possit. Et hac ratione etiam non immeritò  
inter metallorum primordia cum  $\text{Zio}$  reponatur: Parant propte-  
rea Chimici  $\text{O}$ la ex quovis Metallo, præcipuè ex  $\text{Qre}$  &  $\text{Ae}$ , quæ  
penè tota in  $\text{O}$ lum abeunt, sacharū quoq;  $\text{H}$  nihil aliud quàm  $\text{O}$ lū  
minerâ ejus modificatum esse existimamus.  $\text{O}$ la  $\text{D}$  &  $\text{O}$  rariora  
quidem sunt, sed habentur tamen apud *Libav. Syntag. arcan. Chim.*

§. 6. Neq; tamen in  $\text{O}$ lo minera semper eadem, sed modo  
 $\text{A}$ lis, modò  $\text{Q}$ ea, modò  $\text{O}$ laris modò mixta existit, unde etiam hujus  
ratione in coloribus, maximè variat; Cœruleum Hungaricum  
Cyprinum vel Romanum Cupri potissimum, viride autem, ut Gos-  
lariense, Anglicum aliaq;  $\text{A}$ is sunt productum: Inter mixta plures  
juxta metallorum species tincturas exhibent, siquidem vix ullum  
reperitur nativum, aut vulgare, quod unico saltem metallo existen-  
tiæ suæ debeat primordia, quo magis autem ad albedinem vergit,  
eo minus de mineris istis participat; Unde etiam est, quod alia post  
vulgarem destillationem relinquunt crocum  $\text{A}$ is alia  $\text{Q}$ is alia mix-  
tum, vel nullum.

§. 7. Si igitur  $\text{O}$ la quævis nihil aliud sunt quam imperfecta  
metalla, utiq; eadem cum iisdem primordia & elementa habebunt.  
Talia autem huc usq; communi philosophorum consensu tria sunt  
habita, *Salinum* scilicet, *Sulphureum* & *Mercuriale*; quorum quidem  
ultimum non nisi sub phlegmatis schemate exhibetur in mixtis  
aliis



aliis, præter metalla in quibus perfectam demum formam acquirunt ac proinde merito eorundem mater & principium audit. Eadem principia in omnium mixtorum adeoque etiam  $\Theta$ li generatione, tanquam primus semini actus s. prima entia, ex universalissimis conflantur & per resolutionem chemicam manifestè exhibentur, unde etiam principia chimica dicuntur.

§. 8. De mercuriali isto seu phlegmatico in  $\Theta$ lo reperiundo nullum prorsus dubium oriri potest, siquidem istud satis manifestè satisque largè in omni calcinatione evaporatione & destillatione ostenditur. Neque etiam de salino; cum aliàs præ omnibus aliis facili solutione, coagulatione, saporibus, resolutione in spiritum, gillam aliisque maximè emineat, & propterea à plerisque inter  $\Theta$ ia referatur. Debetur enim istud originaliter spiritui universali acido à prima digestionem (quæ salifica est) orto, quamvis in hoc statu non sit purum & seorsim existens, sed terreis metallicis &  $\Phi$ eis partibus intimè combinatum & unitum.

§. 9. Ast de  $\Phi$ eo principio major difficultas oritur, unde quædam ab ejusdem origine huc repetenda veniunt. Aliud enim  $\Phi$  est quod commune vocant & minerale, aliud philosophorum & chemicorum ad generationem & compositionem mixtorum omnium concurrens. Commune illud  $\Phi$  est Terra seu Minera quædam pingvis resinosa oleosa, inflammabilis, odorabilis & colorata, adeoque mixtorum individuum, lucem scilicet cum spiritu suo architectonico acido in sinu gerens; Per  $\Phi$  autem chemicum intelligitur saltem terra quædam subtilissima, minus quidem manifestè oleosa, inflammabilis, spiritu tamen isto acido & luce prædita, semper sub integumento salino aliisque latens, à quibus, si per artem vel naturam liberatur, priori communi prorsus quoad essentiam sit analogam, indeque etiam chemicis  $\Phi$  appellata; Et hoc est quod altius in  $\Theta$ lo latere intimè unitum, tantisque virtutibus pollere, perhibent philosophi per  $\Delta$ em.

§. 10. Utrumque alias sulphur ex elementaribus principiis vi spiritus acidi paulatim elaboratur, exaltatur, incrassatur viscosamque induit substantiam prout natura ordinat diversam, quod testantur

$\Phi$ æ-

Jun. 2000 M,



Φλόγισα sulphura ministerio olei vitrioli spiritus ☉ ex ☿ parata  
à Robert. Boyl. Chim. Scept. p. 24. cum Aqua forti à Tachen. Hippocr. Chim.  
p. 206. Ex quo fundamento etiam spiritus ☉ ✖ & ☉ per se flam-  
mam averfantes, invicem maritati & ✖ lo immissi lucidissimam  
flammam spargunt, nullà prorsus relicta materiâ, cum manifesto  
sulphuris generati indicio; Et olea destillata cum spiritu ☉  
vel aqua forti debita proportione combinata fatiscunt in sul-  
phuream rubicundam & inflammabilem sapam, ut adeo hinc vere  
judicetur, non solum inflammabilitatem, sed etiam colores magis  
intrinsecos & habituales sulphuri à commistione & unione intima  
spiritus acidi cum lucis particulis proprios esse, idq; merito à Philo-  
sophis primum inflammabile primumq; colorabile æstimari.

§. II. Utrumq; etiam in vitriolo reperire datur: Commu-  
niter & vitriolum & sulphur commune in una eademq; minera ge-  
nerantur, unde necessario partes quædam sibi invicem associantur  
& cohærent: sicut id quoque manifeste conspicitur quando assa-  
tione, ut vocant, excoquitur, tunc enim potissima ejus pars avolare  
& camino ad id constructo, pollinis instar, cohærere consuevit. Pa-  
tet quoque ex eo quando dilutum loco calidiore ad digestionem  
ponitur, ubi post aliquot dies genuinum & formale sulphur efflo-  
rescit, & ubi destillatur, phlegmate sulphurei odoris manifeste sa-  
tis se prodit.

§. 12. Sed essentielle istud sulphur, uti in aliis mineralibus  
& metallis, ita in vitriolo principiis ☉inis & metallicis involu-  
tum & absconditum latet, ita ut vix seorsim in naturali sua  
elegantia spectari queat, aut exhiberi: Unde *Helmontinus Pro-  
gymnasm. Meteor. p. 67.* sulphur inquit, metallorum esse internum  
ipsi ☿io ideoq; intactum ab omni corrosivo, non minus quam à  
destructionibus Δ & Δ. Et *Tract. Butler.* primum ens ♀ non  
posse separari nisi per mortem ac separationem ☿ii sui à sulphure;  
quin imo nec haberi istud sulphur, nisi penes adeptos, quorum nu-  
merus uti electus & rarissimus ita & prorsus exilis sit. Non ta-  
men nulli propterea modi dantur quibus sulphur tale seorsim im-  
petrari aut exhiberi possit. Quod si enim in metallis haut ob-  
scure



Scire deprehenditur & quoque extrahitur, quanto magis in vitriolo,  
metallorum alias, præcipuè  $\Phi$ is &  $\Psi$ is principio, aut producto.

§. 13. Insinuavimus paulo ante, sulphur istud philo-  
sophorum, de quo nunc inquirimus, esse ipsissimum Naturæ igne,  
seu Lucis cœlestis portiunculam cum purissima elementorum re-  
liquorum materia digestam; & ex eodem tanquam vivifico semi-  
ne cum spiritu universali acido quæ vis mixta, præcipuè etiam mi-  
neralia & metalla generari; quamvis non ubivis ab involucris re-  
periatur liberum, sed in aliis plus minus immersum. Sic longe  
altius absconditur & ligatur in metallis perfectioribus, Auro sci-  
licet & argento, quam imperfectioribus istis plumbo, stanno, cu-  
pro, ferro: Unde etiam factum quod de illis plane dubitatum fue-  
rit. Vidit tamè *Cornelius Martini præfat. in libr. de mineralib. & metallis*  
sulphur in omnibus metallis, excepto auro, combustibile, flammam  
concupiens, & odorem sulphuris vulgaris exhalans. Verum nec  
de  $\Theta$  dubitamus, cum color & lux intrinseca satis istud demon-  
stret: reperitur quidem interdum pallidum aurum, modo autem  
per  $\Phi$ ium sulphureum maxime fundatur, vel saltem cum  $\Psi$ o & sul-  
phure, uti aurifabri solent, coqvatur, rubicundum colorem facile  
assumit, manifesto satis indicio assumpti sulphuris, uti habet *Boyl. in*  
*Tentam. Phys. p. m. 27.* Non dicam, quod ex auro fulminante non  
obscure deprehendatur; nullatenus enim æque ac in py-  
rio pulvere, citra præsentiam sulphurei principii, fieri poterat. Sed  
neq;  $\Delta$  vel  $\Sigma$  sulphure hoc metallico carent, licet extrinsecus can-  
deant, non solum vi principiorum generationis, sed quod in mul-  
tis præparationibus & resolutionibus luce, colore aliisque manife-  
sto id ostendant; imo ex sola levitate apparet,  $\Sigma$ em pene totum  
esse sulphureum. De  $\Phi$ e nullum est dubium utpote: cujus parandi  
modum jam tum proponunt Helmontius, Polemannus aliiqve.  
Ita quoque  $\Psi$ us alias pene totus  $\Phi$ ialis, tamen calcinatione sul-  
phur suum ostendit, quando in minium convertitur; ita testatur  
*Morrbhoff. Epistol. de Transmut. Metallorum p. 30.* se in Anglia ali-  
quem vidisse, qui solo moderamine  $\Delta$ , sine ulla alius rei additione,  
è saturni minera verum vitriolum, sulphur,  $\Theta$ ,  $\Phi$  aliaqve produ-  
cere

B

Jun. 2000 Al,





cere potuerit: In  $\text{Sis}$  vero calcinatione juxta *Zuelfferii in Mantiff. Spagy.* ubi crocum  $\text{Sis}$  aperitivum cum  $\text{Oo}$  detonando parare docet, sulphur eius ejus præ omnibus conspicitur, effectu plane eodem, qui alias ex simili  $\text{O}$  cum sulphure communi,  $\text{Sio}$  &  $\text{Po}$ , carbonibus, sanguine & ossibus animalium tractatione accidit, ubi trium regnorum sulphura concurrunt. Sed plura petanturè *Polemanno Tract. novum lumen medicum de magno arcano sulphuris philosophorum inscripto*, ubi de mineralibus sulphuribus curiosissimè agit.

§. 14. Non infeliciori successu patebit etiam sulphur istud vitrioli ex variis præparationibus subsequenti capite mox enumerandis. Quamvis enim hic quoque multi nubem pro Junone, ut dicitur, sæpius amplectantur, eandem tamen omnes sub terra ista subtilissima colorata Vitrioli deprehendunt & admirantur merito. Sunt quidem, qui terram istam purissimam coloratam & lucidam in metallis æq; ac mineralibus nostroq; vitriolo reperiundam sulphuris nomine prorsus indignam reputant, eamq; tantum subtilem metallorum calcem, pro varia textura varie coloratam, dicendam esse autumant; eo potissimum fundamento instructi, quod ejusmodi Terræ in  $\Delta$ e diutissimè perdurent, nec, uti sulphuri alias proprium, deflagrent, neque oleo sitatem, odorabilitatem aliaque sulphuris phænomena præ se ferant. Hinc à *Clarissimo Elsholzio Destillatoria Curiosa* non solum sulphura metallorum, sed in specie vitrioli, inter non entia Chimica reputatur. Verum ad hæc sufficienter responsum putamus à *Rolfincio, Helmontio, Polemanno*, aliisque: Sulphur quidem ex se ipso semper inflammabile existit; est enim ipsissimus naturæ ignis, ipsissima lux, subtilissimæ tantum terræ juncta, adeoque omnis flammæ fons & origo: Minus autem quando  $\text{Sis}$  metallici fixi consortio fruitur, ab hoc enim mirum quantum implicatur & ligatur, ut ad resolutionem in flammam prorsus sit ineptum: Quod vel ex oleis ipsis sulphureis liquet, quæ si cum sale fixo combinantur, uti in sapone contingit, omnem inflammabilitatem penitus amittunt.

§. 15. Alia igitur ratio est sulphurei principii sibi relictii, ab omnibus  $\text{Sibus}$  liberati, & cum  $\text{Sibus}$  aliisque metallicis partibus adhuc



huc combinati, intimè uniti & ligati; Ideo enim hoc dicebatur  
essentiale mineralium principium, quod instar semini cum  $\Theta$ no  
principio metallorum & mineraliũ rudimenta ponit. Hac ratione  
nec Cinnabaris  $\xi$ ii, aut communis factitia, vel nativa sulphureæ na-  
turæ essent, quia in hoc statu nec oleositas, nec inflammabilitas, vel  
odor in iis deprehenditur; cum tamen satis notum, easdem ex  $\xi$ io  
communi & sulphure  $\xi$ ii, vel communi & minerali componi. Imò  
inflammabilitas & reliqua in his quoque satis manifesta fiunt, mo-  
dò ab involucris & vinculis metallicis per artem probe liberen-  
tur: Sic enim cinnabaris in totum potest deflagrari & in auram re-  
solvi; Sic sulphur  $\xi$ ii auratum & diaphoreticum rite præparatum,  
cui etiam *Angelus Sala anatomia Antimonii part. 2. c. 1.* aliiq; sulphu-  
ris nomen prorsus denegant, carbonibus impositum non solum fu-  
mat, sed & flammam sulphuream odore & colore repræsentantem  
de se emittit: Sic etiam è vitriolo nostro idem sulphur redditur  
combustibile modò incombustibile *Confer N. Le Febur. Chim.*  
*p. 816. seq.*

## CAP. II.

De

# Sulphuris Vitrioli Inventoribus, & variis præparationibus.

§. I.

Qvandoquidem igitur nunc constat, minerale istud sulphur,  
quod inquirimus, in vitriolo reperiri: disquirendum venit, an  
& quomodo ex artis fundamentis præparari & in usus medicos ac-  
commodari queat: Agnoverunt id quidem jamdudum Naturæ  
Mystræ, proculdubio primùm præter intentionem, in aliis præpara-  
tionibus circa vitriolum institutis, quemadmodum nobis id ma-  
ximè conspicendum se dedit in sublimatione florum  $\Theta$  \*  $\mathcal{A}$ l-  
rum: Nihilo secius adeò rarum semper fuit, ut non solum *Crol-  
lius* testetur, sibi nunquam visum, sed etiam multi adhuc de eo pror-  
sus dubitent. Plures quidem & varii ubivis apud auctores sulphur

B 2

hoc

Jun' 2000 Al,



hoc parandi reperiuntur modi, sed utrum genuini, aut plurimi non potius sublestæ fidei sint, disquirere operæ pretium erit.

§. 2. Primam sulphuris hujus mentionem invenimus apud *Teophr. Paracelsum Lib. de rebus naturalibus Cap. 7.* ubi de sulphure ejusq; speciebus imprimis embryonatis agit, sed absq; processu, seu modi parandi descriptione; adeò tamen ibidem commendavit vim ejus anodynam, ut in summos labores spemq;ve maximam conjecerit omnes sui admiratores, qui tamen ut plurimum laborarunt irritò; Unde etiam ipsius asseclæ quidam eò tandem devenere, ut statuerent, Paracelsum ipsum ignorasse præparationem, saltem ingenio aliàs gloriabundo tanta de eodem prædicasse, ut ingenia promissis vexaret: Fateor, inquit *Crollius in Basil. p. 223.* me genuinum vitrioli sulphur fixatum non vidisse, ne quidem apud Huserum, Chemicum tùm temporis celeberrimum. Laudani quidem descriptio affertur ex Paracelso, sed sine vitriolo, potius ex Opio Thebaico.

§. 3. Quercetanus autem veram parandi artem possedisse probabilius videtur, quia suum Nepenthes, sive Laudanum exinde componit. Nam *Tract. de Materia Med. Vigon. edit. Anno 1603.* aperte negat Laudanum suum recipere s. opium s. vim ejus, sed pro certo asserit, præcipuam vim anodynam de promptam esse ex  $\Phi$ li dulci, tinctura corall. Croco &c. Nihilò secius modum præparandi reticuit, nisi quod in Pharmacopœia suâ, (ubi etiam aliud Laudanum habet, quod opium ingreditur:) species Theriacæ recensens moneat, ex  $\Phi$ lo Hungarico, Cyprio & Romano elici debere sulphur istud opio longè præstantius.

§. 4. Refert quoq; *Libavius Syntag. Arcan. Chim.* processum ex Laboratorio Chimico Quercetani à Ministro ejus pecuniæ avido fuisse divulgatum, & præcipuè Hartmanno, à quo ad Martinum Rulandum in Bohemium fuerit transcriptum, communicatum; Quod cum percepisset Quercetanus, 200. Coronatis eundem redimere voluisse, sed frustra. Quidam seq; modum eidem tribuunt, quò  $\Phi$ lum Ungaricum per solutiones reiteratas optimè purificatum ab rubidinem calcinatur moderato  $\Delta$ , deinde Calx edulcoratur

tur



aur  $\nabla$  f. post affuso oleo vitrioli rubro in vase hermetice clauso per  
duos circiter menses digeritur: unde impetratur pulvis rubicun-  
dus, qui loco humido in oleum dulce liquefit, quem etiam *Unze-*  
*rus Tract. Med. Chim.* pro vero  $\Delta$ e anodyno habet. Verum il-  
lud non  $\Delta$ , sed elixir  $\Theta$ li dulce *Quercetani* fuit, quod sub tincturae  
nomine occultavit, & cuius mentionem facit in *Consil. circa finem*  
*p. 130.* Ex ipso etiam deliquio ejus patet, non esse verum & purum  
 $\Delta$ , sed  $\Theta$ i metallico adhuc junctum, adeoque  $\Delta$ ris nomine adhuc in-  
dignum, quamvis in ulceribus aliisque; satis praclarum usum obtineat.

§. 5. Ejusdem ferè conditionis cum Elixire hoc  $\Theta$ li sacha-  
rino est illud, quod habet *Libavius in Collect.* ubi  $\Theta$ lum ad summum  
calcinatum coquit cum aceto quousque; tincturam extrahat: hanc  
decantat & reliquias iterum coquit, idque; repetit, donec rubedo de-  
ficit; Extractiones omnes coagulat, hinc ad candescentiam cre-  
mat, postea rursus solvit in  $\nabla$ still. coquit & extractiones repetit:  
Haec denuò eodem modo coagulat & calcinat, idque; tertià vice, do-  
nec essentiam acquirat, quam, dicit essentiam  $\Delta$ eam dulcem ex  
 $\Theta$ lo; Sed non differt ut diximus, ab elixire  $\Theta$ li, nisi tædioso pa-  
randi modo.

§. 6. Tum temporis jam circumferebatur anodynum  $\Theta$ l.  
sulphur à *Wolffgango Thalerio Medico Augustano & P. Montano*  
descriptum, ex soluto  $\Theta$ lo per instillationem salis vel olei  $\nabla$ ri per  
deliquium praecipitatum, & edulcoratum, quod hodie etiam à multis  
sub hoc titulo venditur; unde & *Schrödero* vocatur sulphur  $\Theta$ l dulce.  
Verum & hoc longissimè abest à sulphuris natura, quin potius terra  
 $\Theta$ l, vel ochra limosa metallicis partibus adhuc gravida, & hinc etià  
magis emetica quam sedativa dicenda. *Keslerus* id ipsum rectè vo-  
cat sulphur suum  $\Theta$ li purgans; *N. L. Febure* quidem sulphur su-  
um dulce eodem modo parat, solvendo scilicet  $\Theta$ l in rore destilla-  
ro & digerendo per  $\Theta$  VII. post filtrando & abstrahendo menSTRU-  
um per destillationem, cui liquor sic purificato affundit oleum  $\nabla$ ri  
per deliquium & idem sulphur praecipitat; quod tamen non tan-  
quam anodynum, sed pro ulceribus commendat. Alia vero ra-  
tio est, quando idem praecipitatum cum spiritu vini aliquamdiu

B 3

cir-

Jun 2000 Al,





circulatur & cohobatur, tunc enim omnino medicina ad pulmonum præcipue affectus præstantissima emergit.

§. 7. Alii, inter quos etiam *Crollius*, oleo  $\text{Oli}$  rectificato affundunt S. V. digerunt per aliquot menses, hinc destillant & oleum innatans colligunt, quod pro vero sulphure  $\text{O}$  venditant: hisdem autem jam tùm *Libavius* l. c. respondit, non tam  $\text{O}$ li, quàm vini sulphur esse. Quo etiam spectat illud, quando scilicet oleo vitrioli instillant spiritum  $\text{O}$  & oleum  $\text{F}$ ri quo præcipitatur sedimentum aliquod, à quo destillatione abstrahitur oleum Saccharinum, quale forsane illud fuit, quod quidam Frater Societatis Jesu apud Marcum Marci adeo in arcanis habuit: Ut enim ejusmodi olea non temnendi usus sint, tamen non purum sulphur, quin potius deliquium partium  $\text{O}$ narum cum sulphurearum consortio exhibent.

§. 8. Schröderus ex Hartmanno in Crollium & Tenzelium probat seq. modum:  $\text{Z}$   $\text{F}$  Limatur. puriss. p. i.  $\text{O}$ l. Ungar. p. ij. trita & optimè mista imbibit  $\text{F}$  ad eminentiam z. circiter digitorum; hinc coquit & coagulat ad siccitatem, demum calcinat ad candescentiam: Huic iterum affundit  $\text{F}$  ad eminentiam & extrahit tincturas, quas, postquam ad siccitatem abstraxit & edulcoravit, vocat sulphur  $\text{O}$  inflammabile, quod maxime asthmaticis commendat: Si verò ad dimidium tantùm abstrahit & affundit oleum  $\text{F}$  per deliquium, præcipitatur pulvis rubicundus, quem edulcorat, & pro vero sulphure anodyno fixo incombustibili laudat. Cum eadem descriptione ex asse convenit *Zwelfferi* sulphur anodynum, quod tradit *Mantiss. Spagy. Part. 2. C. 9. p. 394.* Eandem sequitur & *Febr* l. c. quo sulphur  $\text{O}$  combustibile & incombustibile parat, & mirum in modum encomiis extollit. Verum nec hoc genuinum  $\text{O}$ l sulphur anodynum esse, satis demonstravit *Cl. Hoffman. Clav. Pharmac. Schröder. L. III. C. 26. p. 364.* cum pulvis iste  $\text{F}$ lis oleo  $\text{F}$   $\text{F}$ us nihil aliud sit, quam portio aliqua substantiæ metallicæ à  $\text{F}$ e per  $\text{O}$ li corrosionem separata.

§. 9. Ejusdem ferè sortis est illud, quod habet *Penotus de Med. Chim. sub Titulo Sulphur Vitriolatum*; Qui ferri laminas cum  $\nabla$  s. in qua  $\text{O}$ lum dissolutum coquit, quousque pulvere rubro, seu rubigine onorata



ratæ apparent; Eam abradit iteratis vicibus, deinde cum S. V. circulat, demum aquis cordialibus abluit & ad omnes dolores tanquam excellentissimum anodynum commendat: Idem proponit etiam *Zyvelfferus l. 6. p. 1. C. 3. p. 339.* De hoc autem jam dudum suum exposuere iudicium *Angel. Sala Sect. 1. Synops. Aphor. Chymiatr. 45. Libar. l. 1. Epist. 35. & Guern. Rolinc. Chim. Lib. 5. Sect. 9. cap. 8.* istud scilicet nullius esse momenti; non esse sulphur, sed partem mineralem fixam  $\Theta$ li, cui nomen sulphuris  $\Theta$ li anodyni nequaquam debeat.

§. 10. Majori igitur jure sulphuris nomen sibi vendicat, quod *Libavius Syntagm. arcan. ex Rupecissa & Lullio* proposuit: Illi enim Mercurium quatuor vicibus à vitriolo sublimatum solvunt in  $\ddagger$  diu macerando & digerendo, quousque Mercurius reductus subsidet, quem à menstruo separant; Quo facto ferri laminas candentes in novo aceto extinguunt aliquoties, idque, tandem cum priori confundunt, quo præcipitatur pulvis jucundâ rubedine fulgens cum Spiritu Vini circulandus & exaltandus. Majorij jure diximus, hoc sulphuris nomen mereri, constat enim Mercurium alioquin sulphuris consortio gaudere, idque in amplexus suos mirè arripere, ut vix ac ne vix dissociari queant; Hinc metallorum sulphur ipsi Mercurio internum esse, antea ex *Helmontio* attulimus, idque intactum ferè ab omni corrosivo non minus, quam à destructionibus ignis & aeris; Hinc quoque vitrioli sulphur in  $\ddagger$  tione  $\ddagger$ ii ad eò intimè cum eodem jungitur, ut non nisi præcipitatione cum oleo  $\ddagger$ ri vel simili, quâ Turpethum minerale conficimus, eleganti rubedine appareat; quod aliàs in  $\ddagger$ io cū spiritu  $\Theta$ is soluto & deinde præcipitato, non observatûr. Ex hoc etiam fundamento  $\ddagger$ ius ab  $\ddagger$ io simplici vel Regulo ejus  $\Theta$ lari,  $\ddagger$ ri,  $\ddagger$ li secundum artem sublimatus elegantissimam largitur cinnabarim, quæ revera nihil aliud est quam  $\ddagger$ ius  $\ddagger$ tus dulcis, sulphure  $\ddagger$ ii simplici aut solari, lunari, vel martiali intimè unitus & combinatus, Vid. *Excellentissimi Wedel. Pharm. in A. F. R. p. 139. Junck. Chim. Experiment. p. 353. seqq.*

§. 11. Posset quidem adhuc aliquis excipere, sulphur istud cum aceto præcipitatum non tam ex vitriolo quam ferri laminis

in

Jun 2000 Al,



in aceto extinctis fuisse communicatum; Cui autem satisfaciet, quod soli Mercurii Crystalli per additionem olei tartari, uti antea dictum, in turpetho minerali id satis manifestè ostendant; Vel etiam quod per se digesti tandem pinguescant & nigrescant, è quibus cum spiritu Vini egregiam plane Tincturam & ex hac, s. à abstracta ac edulcorata desideratum medicamentum impetrare licet.

§. 12. Verùm adhuc alià ratione impetratur tale sulphur, quando vitriolum ♂ vel ♀ s. a. ad rubedinem calcinatum miscetur & digeritur aliquamdiu cum anatica parte ☉ ❄️ indeqve demum flores crocei per repetitas cohobationes sublimantur. Hi enim flores si ∇. s. solvantur, & solutio filtratur, relinquunt pulverem rubeum genuino vitrioli sulphure prægnantem. Zuelffer l. c. c. 3. p. 339. pulverem hunc tantùm edulcorat, non nihil calcinat & pro vero anodyno exhibet; Hoc autem nondùm satis perfectum observavimus, siquidem Δi subjectum, pars quædam in flammam quidem comburitur, sed altera quædam relinquitur, metallica seu cuprea, præcipuè si flores non repetitis vicibus cohobati fuerint. Rectius igitur sulphur istud denuò affuso menstruo convenienti à metallicis liberatur, extrahitur & exaltatur demum in medicinam commendabilem: Id quod innuere etiam videtur *Helmontius Tr. Duumvirat.* Legitimum, inquit, sulphur vitrioli per repetitam cohobationem ultima Δis tortura expressus & volatilis coagulatur & fixatur, quod præstat ☉ ❄️, qui deinde postmodum auferri debet per Spiritus Vini repetitas destillationes &c. Et Cl. *Hoffmannus Clav. Pharm. Schröder. p. 364.* Ne Lectorem benevolentem sine munusculo dimittamus, scias, te verum ac genuinum Archæi sedativum acquiriturum, si sulphur istud vitriolum ♂ s. a. à Zuelffero descriptum sumas, & ad summam maturitatem beneficio alcoholis vini excoqvas, hoc sufficet pro archæo sedando. Celeberrimus autem *Gnoeffelius Appendice Ephemer. German. Anni VI. & VII.* parandi modum clarius communicavit, quem videre & quilibet exercitatus Chemicus imitari, vel quoad circumstantias mutare poterit.



§. 13. Eadem fere ratio est, si è vitriolo  $\text{Q}$ ris non calcinato destillatur ejus spiritus volatilis uti moris est; hic postea commiscetur cum  $\ominus$ e  $\times$ co & destillatur denuò; Sic enim post operationem in fundo Sal ammoniacum sulphure eodem vitrioli prægnans; hoc si à Sale aufertur, & cum spiritu Vini cohobatur, habebis desideratum anodynum.

§. 13. Certum alias omnino est, hâc ratione sulphura mineralia quæcunqve à metallico suo vinculo commode liberari posse & debere; Quæcunq; enim ligantur ab acido fixo, eadem etiam à contrario volatili debebant rursus resolvi; Hoc enim est, à quo vinculum istud, arctissimum licet, per diuturnas digestiones & cohobationes tandem invertitur, ut aliis crassioribus partibus se jungat & secedat, sulphur autem nunc salino jugo excusso, pristinum volatilitatis suæ statum obtineat & dominio potiatur liberiori; simili prorsus ratione, quæ è massis sæpe rudis, instar capitis mortui, olea æra parantur, modo omnia observanda probe observantur.

§. 14. Id tamen adhuc monere licet, quod unumquodlibet quidem vitrioli genus operationi inservire queat; nam & album suo sulphure gaudet; quoniam autem sæpius de peregrinis, imò arsenicalibus partibus participat, non sine ratione selectus habetur, non tam ratione opulentia, quàm puritatis, & maturitatis: Hinc etiam *Theophrastus* & *Paracelsus* dum embryonatum vitriolum appellat, insinuare videtur, non in vitrioli corpore perfecto, sed embryonato i. e. in principiis adhuc latente quærendum esse sulphur. Cyprium seu Romanum procul dubio purissimum sulphur continet, sed commodum satis quoque reperitur Ungaricum; imò aptissimum est vitriolum  $\text{S}$ is; nam flores  $\ominus$   $\times$ ci etiam à  $\text{S}$ e, vel lapide hæmatite, quemadmodum Aroph *Paracelsi* decantatissimum paramus, sublimantur crocei. Sic notabilis quædam in acidulis  $\text{S}$ ilibus reperitur Terra rubicunda, vitriolica, foliata, quæ primum acidulis olei instar s. cremoris varii coloris innatat, postea vero ad fundum subsidet: Eandem non incommodè vitrioli loco inservire posse judicari, utpote quæ à natura ipsa jam maxime excocta & digesta: à qua etiam cum sola aqua pluviali in balneo dulcissima & subtilissima terra

C

ano

Juni 2000 M,



anodyna extrahitur, cum spiritu  $\Theta$ is vero insignis efficaciae tinctura emergit. Alias etiam eligitur Vitriolum  $\Phi$ ris ab Helmontio, Polemanno, Febure aliisque; unde etiam sulphur ejus iisdem primum ens  $\Phi$ is dicitur.

### CAP. III.

De

## Sulphuris hujus Virtutibus,

§. I.

QVemadmodum de vitriolo in genere mirae inter Autores praedicantur laudes, adeo, ut ipsi vel tertiae medicinae pars adscribatur, aut juxta *Quercetanus* & *Angelum Salam*, qui inter chemicos mentiri, juxta *Conringium*, desit, integra pharmacopoeia exinde constare possit; ita non minores, sed potiores parti ejusdem primariae sc. sulphuri tribuuntur. *Paracelsus l. d. reb. naturalibus c. 7. & Tr. d. sulphure T. 6.* commendat praeter omnibus tanquam jucundissimum & tutissimum anodynum, quod omnes dolores sedare possis instar opii, sed sine omni noxa. Cujus doctrinae vestigiis potissimum insistent *Helmontius Tr. in verbis herbis & lapidibus magna est virtus*; hortatur omnes Tyrones, ut addiscant  $\Phi$ a mineralia vi peregrina spoliare, quia sub ejus custodia lateat vitalis ignis archaem in desideratos scopos placidissime deducens: Et *Tr. Butl.* in specie persvadet, nihil aequè victoriosè in humidum radicale agere, atque primum ens veneris, vel ad vitam longam sulphure  $\Theta$ li esse benignius; imo vel ad catervam morborum propugnandam sufficere. Eidem non minores laude tribuit *Clarissimus Fr. d. L. Boe Sylvius*, cujus verba *Prax. Med. Lib. II. C. XXVI.* digna sunt quae notantur: Ita enim §. XVII. quod de vitrioli, inquit, *sulphure narcotico vel potius anodyno, aut pacatavo narrant multi, satis arguit ignotum esse plerisque, hoc sulphur, nunquam tamen satis laudatum, ob vires plane stupendas, utpote quas, expertus loquor, non satis valeo mente assequi, tantum abest, ut ore depraedicare queam* §. XXXII. *Quaerant, pergit, omnes anodynum illud vitrioli & pro arcano summo habeant, quotquot ipsum invenerint, mirabilia namque praestat in variis affectibus difficillime curandis.*

Tan-



Tantas laudes etiam confirmant *Polemannus, Grembsius, Marcus Marci*  
*aliiq;*: Et hic quidem propria experientia: ita enim *phil. Vet. restit.*  
*p. 5. f. 9.* faterur, se ex eo die, quo illo uti ceperat, arthritidis remissi-  
onem fensisse, indeq; biennio ab ea liberum prorsus vixisse, unde  
concludit ad senectutem retardandam & gravissimos morbos va-  
lere: *L. Februl c.* in specie laudat tanquam panacæam, quæ non  
solum in archæi irritationibus & furore, sed etiam sterilitate, hy-  
drope aliisque; miracula præstare possit.

§. 2. Sed ne quid nimis! Certum quidem est, mineralium re-  
media imprimis  $\Phi$ a, quia longius, quam tota vegetabilium cohors à  
natura humana distant, atq; interea insignes dotes à luce aliisque ob-  
tinēt, plenissime quoq; & pertinaciter morbis eorum resistere, nec à di-  
gestiva in alimentorum rempublicam facile deflectere. Porissimum  
propter fixitatem subtilitatem & puritatem terræ omnino præ aliis vis  
potenter & avide absorbendi iisdem concedenda, ut vel hoc nomine  
polychrestra sint & dicantur. Agunt enim absorbentia quælibet in  
corpore, quatenus fermenta quælibet morbosa, (unde certe gravis-  
sima symptomata dependent) acida & alcalina imbibunt, figunt, ex  
quo contactu & societate spiritus & omnia volatilia irrequieta red-  
dunt minus mobilia, minus activa, adeoque consequenter spicula  
Theta vellicantia & pungentia potissimum removendo, nervinum ge-  
neris insigniter solantur & hoc respectu merito anodynus accessentur.  
Quemadmodum eo sensu etiam *Mollenbroccii* Tincturam suam ex aphonitro  
adeo commendat & non incongrue anodynum minerale vocat.

§. 3. Neque alia ratio est, quod  $\Phi$ ialia fixata &  $\Phi$ e minera-  
li imprægnata e. g.  $\Phi$ ius draphoreticus *Helmontii* & *Paracelsi*, Ar-  
canum *Corallinum*, *Cinnabaris*  $\Phi$ y aliaque ad universalium fere  
apicem adscendant, nisi quod præ aliis egregiis virtutibus in qui-  
buscunque gravissimis paroxysmis tam cito & efficaciter  
humorum & spirituum acrimoniam & effervescentias leniunt &  
temperant, adeoque archæum mirabiliter tranquillat. Eadem  
igitur virtus nec  $\Theta$ li  $\Phi$ i, utpote præ cæteris à natura ipsa optime ex  
cocto, præparato & correcto deneganda venit. Commendari potius  
meretur in affectibus quibuscunque; à nimio humorum & spirituum  
orga-



orgasmo vel pugna oriundis, unde non mirum, insignem ejusdem efficaciam in peste, febribus malignis, diarrhæis dysenteriis vomitionibus inflammationibus, motibus convulsivis, colica, arthritide & similibus à Practicis deprehendi: Ideo etiam  $\ominus$   $\oplus$  li à B. Langio Lipsiensi *Miscell curios. med. p. 13.* emeticorum manna & alpha vocatur; ac præcipue in affectibus capitis, ob  $\oplus$  anodynum blandum, consentiente *Celiber. VVedel. d. Fac. Med. p. 160.* eo evibratû, mire commendatur. Et ex hoc fundamento Panacæam istam Holsaticam s. Arcanum duplicatum virtutem maxime alterativam & sedativam in febribus; & spiritum  $\oplus$  li volatilem præcipue in epilepticis insultibus non aliunde, quam à  $\oplus$  hoc  $\oplus$  li anodyno obtinere, nulli dubitamus.

§. 4. Neque obstat quod ejusmodi  $\oplus$  a fixa à calore nostro non æque intime ac vegetabilia subigi queant, aut resolvi: subiguntur tamen in tantum, ut scilicet per omnes porulos hinc inde distribui vimq; suam sufficienter exserere valeant: Solvuntur certe crudæ  $\oplus$  is scorix in corpore, ut manifeste inde sedes alvinas nigredine tingi observemus. Imo si teste *Brendelio Chim. in A. F. R. p. 162.*  $\oplus$  lare  $\oplus$  extrahi & solvi radicaliter potest, ita ut proportio fiat inter hoc & ventriculum, quo eo melius à calore nostro in actum deducatur & facilius ad loca corporis distantissima penetret & operationes luculenter edat; de nostro  $\oplus$  e minus ligato utiq; nullum est dubium: Et posito, quod ultra primas vias non distribuatur, suo tamen officio fungi potest duplici potissimum ratione; Primò quidem peregrina fermenta in ventriculo & intestinis absorbendo, figendo & invertendo, unde necessario hinc exhalantes auræ, vel halitus cohibentur & per consequens irritationes nervosarum partium & dolores oppidò sistuntur: Deinde quatenus in structura machinæ corporeæ, ratione admirandæ nervosi systematis fabricæ & inde dependentis multiplicis partium solidarum consensus, ventriculi & intestinorum affectibus sedatis, etiam reliquarum partium pathemata, quæ hinc dependent, sopiuntur & tolluntur. Sic nemo nescit, terrea, cretacea, cinnabarina & similia Capitis, aurium, dentium, articulorum aliarumque remotissimarum partium dolo-

res



res felicissime tollere, ut ut etiam de his æque dubitari possit,  
utrum in substantia eo distribuatur,

§. 5. Nulla etiam malignitas, vel narcosis hic metuenda sub-  
est, secus ac in aliis narcoticis proprie dictis, quæ inconvenienti dosi  
vel tempore exhibita sæpius fiunt necrotica. Ipsum opium saluber-  
rimum medicamentum, & legitime licet præparatum, tamen pro-  
miscue, quibuscunq; morbis & quocunq; tempore, e. g. in febribus  
acutis cum petechiis, morbillis & variolis præcipue cum ἀγρυπνίας  
i ntenstissimis dolorib9 & motib9 convulsivis urgentib9; itē in pe-  
ripneumonia, orthopnoea, asthmate, catharris suffocativis, vulne-  
rib9, ulcerib9, virium lapsu aliisq; sæpe parum auxilii spondet, imo  
magis nocet. Secus autem ea, quæ tantum vi absorbente & sic acri-  
moniam humorum mitigante inter anodyna recenferi merentur,  
quocunq; fere statu etiam viribus jam debilitatis tuto & sine  
narcosi spirituum maligna adhiberi queunt: Quam in rem inge-  
niose *VVedelius d. Med. Fac. L. II. S. II. Cap. X.* Sunt quædam ano-  
dyna, quæ non æque sunt narcotica, quæ nempe acrimoniam hu-  
morum quidem mitigant & consequenter dolores auferunt, sed  
tamen somnum intentione primaria non inducunt, talia sunt  $\text{¶}$   
anodyna, vulgo narcotica dicta metallorum & mineralium, quæ  
eximium latet in Cinnabari  $\text{¶}$  de qua effectus vidi notabiles, con-  
quievisse inde dolores dentium, capitis &c.

§. 6. Toto cælo igitur differunt opii vis narcotica stupe-  
faciens & vis anodyna ex vitriolo parata pacativa, naturalem  
duntaxat somnum concilians. Opii & similium virtus narcoti-  
etiam in spiritus, propter vaporositatem ingentem, se extendit; Vi-  
trioli vero anodynum agit tantum in effervescentes humores  
præcipue biliosos, quemadmodum alias vitrioli simplicis &  $\text{¶}$  Salis  
vis insignis est in bilem ferocientem, quam insigniter temperat &  
adstringit, non tam ratione austeritatis blandæ, quæ præditum est,  
sed beneficio sulphuris hujus, præcipue post spiritus expulsionem  
& calcinationem ad flavadinem, vel rubedinem; Ut vel unico hoc  
& maxime polychesto medicamento plurimum in variis morbis  
proficere queamus.

C3.

S. 7.

Jun. 2000 M,



§. 7. Neq; tamen propterea sulphur nostrum cui liber promiscue & sine indicationibus certis exhibere, autor esse velim; siquidem etiam optima medicamenta sinistrè exhibita interdum male cedunt. Præcipue cavendum erit, ne solum & semper, sed cum aliis volatilibus potius, quam terreis exhibeatur; ita enim sub consortio eorum Diaphorin facilius promovebit, nec crisis quamcunque facile impedire poterit: Fixioribus vero & terreis jungetur tutius, graviter urgente malo, aut graviore adhuc imminente. Talia & similia Prudens Medicus alias facile dijudicabit. Pauca igitur tantū addimꝰ de præparatis ex hoc sulphure & dosi.

## CAP. IV.

### De Sulphuris Anodynæ Præparatis & Dosi.

#### §. I.

Nullum dubium est, quin ex eo præparata ejusdem, vel majoris virtutis concinnari queant: Si enim mineralia ipsa ritè digesta menstruis Sulphur suum communicant, quanto magis à mineris & metallis jam separata Sulphura cum iisdem combinare & exaltare possibile erit: *Polemann d. Sulphure Phil.* Elixir suum vitæ concinnat ex Sulphure aurato Antimonii, sæpius ab illo adstrahens ꝑo Cinamomi, quod tandem Sulphur hoc secum super retortam rapit. Sic qq. Cinnabaris ꝑij digestus saltem cum oleo citri, vel simili Sulphur suum communicat menstruo, relicto ꝑio. Aliiter illud à Cinnabari abstrahere docet *Cl. Elsholzius destillatoria Curiosæ.*

§. 2. Præ cæteris autem expetuntur mineralium Tincturæ & Essentia, quæ, uti in aliis per alcalia potissimum extrahuntur, ceu constat ex Tincturis ꝑii ꝑ satis, Tinctura ꝑis *Linckii* & similibus; ita paratu non erit impossibilis Tinctura Sulphuris vitrioli anodyna: Id quod etiam à Chemicis celebrioribus hætenus non frustra-  
neo



neo successu fuit tentatum. Alii sulphuri huic affundunt Spiritum Viridis æris volatilem, quousque extrahat Tincturam, quam in alembico ad consistentiam mellis redigunt: Hinc denuo cum spiritu Vini alcoholifato, vel sambuci, aut simili extrahunt Tincturam eamque tandem ad consistentiam abstrahunt. Eadem Tinctura impetratur, si loco menstrui Spiritum Vitrioli ☿ fatum & cum Spiritu Vini alcoholifato per cohobationes optime unitum addas, quamvis, ut verum fatear, ejusmodi Tincturæ adhuc vitriolum ☿ is, vel ☿ is sapiant, & hinc quoque jure Tincturæ ☿ les adstringentes dici possint; virtute tamen non inferiores: Nam & Tinctura vitrioli ☿ is in forma sicca est optimum præcipitativum. Potest autem essentia sulphuris nostri anodynæ etiam solum cum Spiritu Vini & ☿ ☿ ri satis commode parari. Conf. *Zuelffl. c.*

§. 3. Idem sulphur in forma olei exhibet *Febure* miscendo illud cum ☿ ☿ & hinc in  $\Delta$  reverberii destillando; Sic enim prodit oleum rubicundum, cui affundere jubet ☿ quod præcipitatur pulvis subtilissimus purpureus; Hunc cum Spiritu Vini alcoholifato per aliquot septimanas digerit, quousque sulphur instar olei stillatitii innatare observatur, quod se separat & in plurimis gravissimis affectibus commendat.

§. 4. Spectat huc spiritus sedativus simplex & compositus *Cnoeffelii* è spiritu vitrioli volatili cum sulphure anodyno aliquoties digesto & cohobato ortus; è quo etiam Autor, qui sulphur illud *Corculum* suum appellare solebat, *Tincturam suam quietis* adornavit, & in officinam regiam introduxit: Neque dubium est, quin præter *Nepenthes Quercetani*, & *Laudanum Hartmanni* etiam varias alias compositiones ingredi possit. Videtur lapidem illum decantatissimum *Buttlerianum* sulphur hoc baseos loco habuisse, cum de eo requirat *Helmontius Tr. Butler.* ut sit corpus metallicum, ab artifice reseratum ac veluti resuscitatum, recens ab igne surgens, sit volatile, bis vel ter sublimatum & rursus quodammodo fixatum, minima quantitate in archæum se extendens eundemque sopiens & demulcens &c. quæ singula sulphuri huic applicare posse, nemo non videt.

§. 5.

*Juni 2000 M,*



§. 9. Quod vero Dosis hujus sulphuris attinet, non quidem  
æq; ac in opiatis excessu peccari potest, quoniam tamen alias in  
minima quantitate officio suo efficaciter fungitur, præstat instar  
Cinnabariorum & similium ad grana aliquot istud præ-  
scribere; Essentiæ vero Tincturæ & spiritus, pro  
diverso parandi modi tuto dantur ad ℞  
vel ultra.

Tantum.

**C**onatus *Tuo*, ut debeo, congra-  
tulator  
Donisque ingenii benignioris  
*Respondens Clare*, nobili scientia  
Posthac ut *Ipsi sis Tibi* tum comodo  
Insigniori, tum salutis plurimis:  
Sis gaudio magno Parentibus Tuis  
Suavissimis, Patriæ sis dulcissimæ  
Decori, celebritatem & induas Ei,  
Quando celebrius Tibi paraveris  
Nomen decusque. Fiat! ominor  
& precor!


ex animo  
PRÆSES.



Jun. 2000 M,









Ung. VI 50

ULB Halle 3  
004 186 672



f

56.

VD 17.


Juni 2000 Al,











Q. D. B. V.

EXAMEN

# SULPHURIS VITRIOLI ANODYNI

ex  
Consensu Gratiolæ Facultatis Medicæ  
in Inclyta Wittebergensi

PRÆSIDE

## CHRISTIANO VATERO

Phil. & Med. Doct. 40

Publico eruditorum examini submittit

### JOHANNES EPHRAIM Böhmi

Pofon. Hung. Med. Stud.

Ad D. XXIX. April Anno MDCLXXXIII. X

*In Auditorio Medicorum.*

---

WITTEBERGÆ,  
Typis Viduæ Augustæ BRÜNINGIÆ

*H. III. 3261 B.*

*Jun 2000 Al*

